

dominorum Erici regis Dacie et Christofori fratris sui ad nos libere veniendo in Vichiam super deliberacione domicelli Nicolai nobiscum 10:mo Kal. Junii vel citra tempus illud volentibus placitare et nobiscum tempore placi-tacionis morandi, nec non a die placitacionis finite infra vicesimum diem pro nobis et nostris omnibus et singulis ad propria libere redeundi, man-dantes omnibus et singulis tam extraneis quam indigenis, infra districtus no-stri potestatem constitutis, sub poena capitis, ne quis ipsum praesentem con-ductum ausu temerario violet vel infringat, sed potius ipsis durante con-ductu praesente omnes ipsos benigne recipiant et honeste pertractent. In cu-jus rei testimonium sigilla reverendi patris domini arnonis dei gracia Ber-gensis ecclesie Episcopi et discretorum virorum de consilio nostro domino-rum Erici Waldemari Berneri Erlingi de Biarkæy, Snaronis Ashlaci, Baro-num nostrorum, una cum sigillo nostro sunt appensa. Datum Bergis Anno domini M. CCC. VIII. die Mercurii ante dominicam Lætare.

1574.

1308 d. 20 Mars.

Hæra.

Hertig ERIKS Stadfästelse på den, emellan Birger Petersson och Elof Andersson å egna och å sin broder Peters och sin syster Ragnhilds vägnar, ingångna förlikning i en tvist rörande gods och lösegendom.

A. 7. a.

ERICUS dei gracia dux sueorum, vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus eu-i-denter Quod in presencia Magnifici principis Domini birgeri dei gracia regis sweorum fratris nostri karissimi et nostra ac aliorum quam plurium discre-to rum apud ecclesiam hæra dyocesis arosiensis constituti vir nobilis domi-nus birgerus pætersson et Discretus juuenis elauus andresson nomine suo, fratris sui petri, et sororis sue ragnildis ac omnium qui hoc factum impe-ttere possent libere recognouerunt quod omnia inter eos hactenus ventilata super predijs aut rebus aliis quibuscumque concordes et vniiformes se esse sunt professi, Ita quod quilibet eorum de parte sua tunc optenta reddidit se paratum, quare cum rite et rationabiliter acta potissimum in nostra pre-sencia approbare et ratificare teneamur supradictorum nobilium recognicio-nem approbamus et presentis scripti patrocinio communimus prohibentes fir-miter et districte nequis pactum huiusmodi quod inter se predicti dominus birgerus et elauus super predijs et rebus aliis fecerant inpetere seu violare presumat sicut graciam nostram conseruare et penam pecuniariam voluerit euitare In huius autem rei testimonium vna cum sigillo serenissimi principis Domini B. dei gracia regis sweorum fratris nostri et nostro sigilla nobilium

Dominorum henrici borgrauij fulconis ioansson. mathie kætilmundæson kanuti lagman et elaudi andresson presentibus sunt appensa Datum anno domini. M°. CCC°. VIII°. XIII° kalendas aprilis loco supradicto.

*På frånsidan:* littera concordacionis inter Dominum Birgerum pæterson et Elauum andresson.

Sigillen N:o 1, 3, 8 skadade; N:o 2, 4—7 bortfallna.

1575.

1308 d. 21 Mars.

Haara.

Hertig ERIKS Stadfästelse på den mellan Birger Petersson och Fru Ragnhild, Eggerts af Brals-torp enka, å hennes och hennes barns vägnar, ingångna förlikning i förenämnde tvist.

A. 6. a.

ERICUS dei gracia dux sweorum vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter quod in presencia magnifici principis domini birgeri dei gracia regis sweorum fratris nostri karissimi et nostra, ac aliorum plurium discretorum Apud ecclesiam Haara dyocesis Arusiensis, constituti vir nobilis dominus birgerus pætersson et discreta domina Ragnildis relictæ domini Eggardi dicti bralsthorp nomine suo et liberorum suorum recognouerunt libere coram nobis quod omnia inter eos hactenus ventilata super contractibus in rebus mobilibus et immobilibus qvibuscunque inter dictos dominos birgerum et eggardum dum viueret habitis concordes et vniiformes se esse sunt professi, ita quod pars quelibet de optento reddidit se contentam, Quare prohibemus firmiter et districte ne quis factum huiusmodi inpetere seu violare presumat, sicut graciam nostram conseruare et penam pecuniariam voluerit euitare, In huius autem Rei testimonium vna cum sigillo serenissimi principis domini B. dei gracia karissimi fratris nostri et nostro, sigilla Nobilium dominorum, henrici borgrauij, birgeri legiferi et folconis jonsson. Mathie kætilmundæ, Et quia ipsa domina Ragnildis proprium sigillum non habuit sigillum domini kanuti dicti legiferi presentibus sunt appensa Datum anno domini M° CCC° VIII°. in die beati benedicti loco supradicto.

*På frånsidan:* Concordia facta jnter dominum birgerum pæterson et dominam Ragnildim relictam domini Edgardi de bralsthorp.

Sigillen N:o 2, 3, 7, 8 mer och mindre skadade; N:o 1, 4—6 bortfallna, remsvorna qvar.